

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Vitruvii ... De architectura libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Cap. VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)

tur, sed nonnulla sunt terrosa, alia sabulosa, itemq; glareosa, alijs locis arenosa: nec minus alijs diuersa et omnino dissimili dispariq; genere, ut in regionū uarietatibus qualitates insunt in terra. Maxime autem id licet considerare, quod qua mons Apēninus regiones Italiae Hetruriaeq; circumcingit, prope omnibus locis non desunt fossitia arenaria: trans Apenninum uero, quae pars est ad Adriaticum mare, nulla inueniuntur, itē Achaia, Asia & omnino trans mare, ne nominantur quidem. Igitur non in omnibus locis quibus effluunt aquae calidae crebri fontes, eadem oportunitates possunt similiter concurrere. Sed omnia uti natura rerum constituta, non ad uoluntatem hominum, sed fortuito disparata procreantur. Ergo quibus locis non sunt terrosi montes, sed dispositae materiae qualitates habentes, ignis uis per eius uenas egrediens adurit eam, & quod molle est & tenerum, exurit, quod autem asperū, relinquit, itaq; uti in Campania exusta terra puluis, sic in Hetruria excocta materia efficitur Carbunculus. Vtraq; autem sunt egregia in structuris, sed alia in terrenis adificijs, alia etiam in maritimis molibus habent uirtutem. Est autem ibi maris potestas mollior quam tophus, solidior quam terra, quo penitus ab imo uehementia uaporis adusto nonnullis locis, procreatur id genus arenae, quod dicitur Carbunculus.

Palliensis:  
Fidenates:

## DE LAPICIDINIS. CAP. VII.

Albanæ.

Tyburтина.

Amaturna.

Soraactina.

Scilicea.

Vmbria.

Picenum.

Venetia.

DE CALCE & ARENA quibus uarietatibus sint, & quas habeant uirtutes dixi, sequitur ordo de lapicidinibus explicare, de quibus & quaedam drata saxa, & cementorum ad aedificia eximuntur copiae & comparantur. Haec autem inueniuntur esse disparibus et dissimilibus uirtutibus. Sunt enim aliae molles, uti sunt circa urbem rubrae, Palliensis, Fidenates, Albanæ: aliae temperatae, uti Tyburтина, Amaturna, Soraactina, & quae sunt his generibus: nonnullae durae, uti Scilicea. Sunt etiam alia genera plura, uti in Campania ruber & niger tophus, in Vmbria & Piceno & Venetia albus, qui etiam serra dentata uti lignum, secatur. Sed haec omnia quae mollia sunt, hanc habent utilitatem, quod ex his saxa cum sunt exempta, non opere facillime tractantur, et si sint in locis tectis, sustinent labores, sin autem in apertis & patentibus, gelicidijs & pruinis congesta, friantur.

tur & dissoluantur: item secundum oras maritimas ab falsugine exesa  
 distillant, neq; perferunt aestus. Tyburtina uero & quae eodem genere Tyburti-  
 sunt, omnia sufferunt & ab oneribus et à tempestatibus iniurias, sed ab na.  
 igni non possunt esse tuta, simulq; ut sunt ab eo tacta dissiliunt & dissipan-  
 tur, ideo quòd temperatura naturali paruo sunt humore: item quòd non  
 multum habent terreni, sed aëris plurimum & ignis. Igitur cum & hu-  
 mor & terrenum in his minus inest, tum etiam ignis tactu & ui uaporis  
 ex his aëre fugato penitus insequens & interuenientium uacuitates occu-  
 pans feruescit, & efficit ea suis ardentia corporibus similia. Sunt uero  
 item lapidicinae complures in finibus Tarquinienisium, quae dicuntur Ani-  
 tianae, colore quidem, quemadmodum Albanae, quarum officinae maxime  
 sunt circa lacum Vulfiniensem, item praefectura Statoniensi. Eae autem ha-  
 bent infinitas uirtutes, neq; enim his gelidiorum tempestas, neq; tactus  
 ignis potest nocere, sed sunt firmæ & ad uetustatem ideo permanentes,  
 quòd parum habent è naturæ mixtione aëris & ignis, humoris autem  
 temperate plurimumq; terreni, ita spissis comparationibus solidatae neq;  
 ab tempestatibus, neq; ab ignis uehementia nocentur. Ad autem maxime  
 iudicare licet è monumentis, quae sunt circa municipium ferentis ex his fa-  
 cta lapidinis: namq; habent & statuas amplas factas egregie, & mino-  
 ra sigilla, floresq; & achanatos eleganter scalptos, quae cum sint uetusta,  
 sic apparent recentia, uti si sint modo facta. Non minus etiam fabri era-  
 rij de his lapidinis in aeris statua formas habent comparatas, & ex his  
 ad aedificandum maximas utilitates, quae si prope urbem essent, dignum  
 esset, ut ex his officinis omnia opera perficerentur. Cum ergo propter  
 propinquitatem necessitas cogat ex rubris lapidinis & Palliensibus &  
 quae sunt urbi proxime, copijs, uti si qui uoluerint sine uitijs perficere, ita  
 erit praeparandum. Cum aedificandum fuerit, ante biennium ea saxa non  
 hyeme sed aestate eximantur, et iacentia permaneant in locis patentibus,  
 quae autem à tempestatibus eo biennio tacta lesa fuerint, ea in fundamen-  
 ta conijciantur, cetera quae non erunt uitata, ab natura rerum probata,  
 durare poterunt supra terram aedificata: nec solum ea in quadratis lapi-  
 dibus sunt obseruanda, sed etiam in cementitijs structuris.

DE GENERIBVS STRUCTURAE, ET EA-  
 rum qualitatibus modis ac locis. CAP. VIII.

Structurae

Anitiane.

Lacus Vul-  
 finiensis.  
 Praefectu-  
 ra Stato-  
 niensis.